VIIII.

Cotyi regi

Οβιδίου
Ex Ponto.
ed. Teubner
pg. 223.

Regia progenies, cui nobilitatis origo
nomen in Eumolpi pervenit usque, Coty,
Fama loquax vestras si iam pervenit ad aures
me tibi finitimi parte iacere soli,
supplicis exaudi, iuvenum mitissime, vocem,
quamque potes, profugo — nam potes — adfer opem!
me Fortuna tibi — de qua quod non queror, hoc est —
tradidit, hoc uno non inimica mihi.
excipe naufragium non duro litore nostrum,
ne fuerit terra tutior unda tua!
regia, crede mihi, res est succurrere lapsis,
convenit et tanto, quantus es ipse, viro.
Fortunam decet hoc istam, quae maxima cum sit,
esse potest animo vix tamen aequa tuo.
conspicitur numquam meliore potentia causa,
quam quotiens vanas non sinit esse preces.
hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est

VIIII Cotyi regi A Cotto Regi B Ad Cotum G, cf. Wartenberg p. 82 2 eumoli AB cothe G 6 potest A 7 nō ogror GS cf. I 9,45 8 tradit in h G 9 accipe G 10 nec AG mitior G 14 suo A modo tuo B 17 ille G tuus (corr.) B

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

a superis ortae nobilitatis opus;
hoc tibi et Eumolpus, generis clarissimus auctor,
et prior Eumolpo suadet Erichthonius;
hoc tecum commune deo est, quod uterque rogati
supplicibus vestris ferre soletis opem.
numquid erit, quare solito dignemur honore
numina, si demas velle ~~[illegible]~~ iuvare deos?
Iuppiter oranti surdas si praebeat auris,
victima pro templo cur cadat icta Iovis?
si pacem nullam pontus mihi praestet eunti,
inrita Neptuno cur ego tura feram?
vana laborantis si fallat vota coloni,
accipiat gravidae cur suis exta Ceres?
nec dabit intonso iugulum caper hostia Baccho,
musta sub adducto si pede nulla fluent;
Caesar ut imperii moderetur frena precamur,
tam bene quod patriae consulit ille suae:
utilitas igitur magnos hominesque deosque
efficit auxiliis quoque favente suis;
tu quoque, fac, prosis intra tua castra iacenti.

---

19 E. ſuadet ericloniuſ A eu molpus opus hoc ī suadet erato bγ gen. cl. a b² G cf B. 19 – 21 deoſ A deiſ bγ² G deo tut. est p. Hs. add. Ri. 23 nam bγ G
25 aures bs 26 cadit b 27 pſtat γ eunte (corr.) b
29 fallant G 30 grauita. sua sexta A 31 itēfe γ merito Gs 32 fluāt G 34 iam γG qum G
36 quique A quēq; b 37 profuguſ A inter s, cf. B. 29

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

o Coty, progenies digna parente tuo.
conveniens homini est hominem servare voluptas,
et melius nulla quaeritur arte favor.
quis non Antiphaten Laestrygona devovet? aut quis
munifici mores inprobat Alcinoi?
non tibi Cassandreus pater est gentisve Pheraeae,
quive repertorem torruit arte sua,
sed quam Marte ferox et vinci nescius armis,
tam numquam facta pace cruoris amans.
adde, quod ingenuas didicisse fideliter artes
emollit mores nec sinit esse feros,
nec regum quisquam magis est instructus ab illis,
mitibus aut studiis tempora plura dedit.
carmina testantur, quae, si tua nomina demas,
Threicium iuvenem composuisse negem,
neve sub hoc tractu vates foret unicus Orpheus,
Bistonis ingenio terra superba tuo est,
utque tibi est animus, cum res ita postulat, arma,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

---

39 hominē bis γ 41 deuoret[3] b 42 m. rubre[3] γ inpobet G alcmoris A 43 Casse: cf Ib. 461 gent‖ue||||| m[1] genitorve m[2] b gentisque γ durusue Gs caphareus b[2] γ Gs 44 sana γ 45 uicini A 46 tam paene evanitum; pro eo: et, quod etiam i.m. G 48 Et m. A ferox[s2] G 49 regnum γ 51 citrina A 52 negem: lin. ind. et ssc.[2] putes b del. et corr. putem G 53 orpheos A

sumere et hostili tingere caede manum,
atque, ut es excusso iaculum torquere lacerto
collaque velocis flectere doctus equi,
tempora sic data sunt studiis ubi iusta paternis
atque suis humeris forte quievit opus,
ne tua marcescant per inertis otia somnos,
lucida Pieria tendis in astra via.
haec quoque res aliquid tecum mihi foederis adfert:
eiusdem sacri cultor uterque sumus:
ad vadem vates arantia brachia tendo,
terra sit exiliis, ut tua, fida meis.
non ego caede nocens in Ponti litora veni,
mixtave sunt nostra dira venena manu,
nec mea subiecta convicta est gemma tabella
mendacem linis imposuisse notam;
nec quicquam, quod lege vetor committere, feci:
est tamen his gravior noxa fatenda mihi.
neve roges, quae sit, stultam conscripsimus Artem:

---

56 manus G 57 excuso A 59 sunt om. A tibi B ſtud. ū fē data G 60 tuis ex suis B onus s 61 inertes Bγ G 62 pierida Bγ uia i. r. B 65 ponto tendo G 66 interp. Hilb. 69 ne γ 70 Haec quiquā.. vector A uictor γ ueter G 72 et- mihi est s 73 roge B quid s quae for. A, cf. B. 46

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

innocuas nobis haec vetat esse manus;
ecquid praeterea peccarim, quaerere noli,
ut lateat sola culpa sub Arte mea!
quidquid id est, habuit moderatam vindicis iram,
qui nisi natalem nil mihi dempsit humum;
hac quoniam careo, tua nuc vicinia praestet,
inviso possim tutus ut esse loco!

---

75 et q. b G s neccarim A 76 pateat X s p. x lateat (= editt.) Reg 77 idem A abē h... ira γ habui s prinsipis G 78 demit G 79 dc qm̄ γ Qua qm̄ G.